

An den Salzburger Erzbischof Sigismund von Volkersdorf, dessen Suffraganbischöfe von Passau, Regensburg und Freising sowie die benachbarten Bischöfe, besonders den Augsburger Bischof Kard. Peter von Schaumberg, gerichtete Rechtfertigungsschrift des Brixner Domkapitels²⁾ über ihr Verhalten im Streit zwischen Hz. Sigismund und NvK. Die Eskalation des Streits seit der Abreise des NvK nach Rom im Herbst 1458 wird ausführlich geschildert. Dem Kapitel wird dabei eine Mittlerrolle zugeschrieben und die rigide Handhabung der Zensuren durch NvK scharf kritisiert.

Kopie (gleichzeitig): BOZEN, StA, Lade 3 Nr. 9 P.³⁾

Em.: Hallauer, Bruneck 391f., 406 (ND 2002, 167f., 188).

Suborta gravi differentia inter rev^{mum} in Christo patrem et dominum dominum Nicolaum tituli sancti Petri ad vincula presbiterum cardinalem, episcopum nostrum Brixinensem, ex una et illustrem principem et dominum dominum Sigismundum ducem Austrie etc. partibus ex altera, non dubium, quin de hoc fama ad diversa loca perveniente vario dicantur. Ut autem vigilancia et sollicitudo maxima venerabilis capituli Brixinensis pro huiusmodi differentia sopienda multipliciter gravibus laboribus et expensis facta vobis rev^{mo} in Christo patri et domino nostro domino Sigismundo archiepiscopo nostro Salzburger⁴⁾, apostolice sedis legato, ceterisque reverendis patribus et dominis dominis N. Pataviensi⁵⁾, N. Ratisponensi⁶⁾ et N. Frisingensi⁷⁾ huius provincie episcopis necnon aliis vicinioribus episcopis dominis nostris graciosis et ipsorum venerabilibus capitulis, presertim vobis rev^{mo} in Christo patri et domino domino Petro N. sancte Romane ecclesie cardinali etc., episcopo Augustensi⁸⁾, domino nostro graciosi, qui capitulo et ecclesie Brixinensi in tantis turbacionibus magni adiumenti esse potest, ad quos eciam capitulum predictum singulari recurrit fiducia, verius innotescat, statuit ipsum capitulum quandam succin(c)tam ad vestras paternitates et dominaciones mittere informacionem, humiliter et devote deprecans, quatenus eam graciose et benigne percipere sibi auxilio, consilio et favore assistere et in tantis periculis compati velint.

In primis, quamvis huiusmodi controversia ex actione personali dictorum dominorum et multiplicibus fulminacionibus et promulgacionibus diversorum processuum, interdictorum et cens(ur)arum contra spirituales et temporales, nobiles et ignobiles per ipsum rev^{mum} dominum cardinalem et suos factorum fomentum receperit, putans neccessitates suas per censuras et rigorem ad libitum suum facere expedire posse contra prelibati capituli consilium, voluntatem et assensum, senciens igitur capitulum ex hoc ecclesie Brixinensi multa incommoda et dampna evenire, prout iam prochdolor dietim eveniunt, laboribus et expensis non pepercit. Quando dictus rev^{mus} dominus cardinalis in castro ecclesie Puchenstain fuit, ad quod eciam, uti asseruit, propter metum se contulerat, diversas ambasiatias iam ad paternita-

19 expedire: ü.d.Z.

¹⁾ Einen sicheren Terminus post quem liefert die Erwähnung der Appellation vom 21. September 1460 (Nr. 6361) in Z. 185. Diese Appellation wurde dem Salzburger Erzbischof, an den Nr. 6393 u.a. gerichtet ist, jedoch erst durch die Gesandtschaft der Brixner Domherren Stefan Stainborn und Georg Golser zugänglich gemacht, und zwar in einer eigens für diese Gesandtschaft modifizierten Form. S.o. Nr. 6361 Anm. 2, 6391. Nr. 6393 kann also kaum vorher entstanden sein, sondern dürfte in den Zusammenhang dieser Gesandtschaft nach Salzburg gehören. Hierfür spricht auch die Angabe in Z. 166f., wonach das Kapitel in diesen Tagen (hiis diebus) genötigt wurde, die 2000 fl. an Hz. Sigismund zu zahlen, für die sich das Kapitel verbürgt hatte. S.u. Anm. 39.

²⁾ Als Verfasser kommen am ehesten die Brixner Domherren Georg Golser und Stefan Stainborn in Frage; s.u. Anm. 12.

³⁾ Papierheft mit 6 Folia. Zwei Blätter sind leer. Der Text ist durchgängig von einer gleichzeitigen Hand geschrieben und enthält Randkommentare von der Hand des Joseph Resch (18. Jh.).

⁴⁾ Sigismund von Volkersdorf, Eb. von Salzburg (1452-1461).

⁵⁾ Ulrich von Nußdorf, B. von Passau (1451-1479).

⁶⁾ Ruprecht von Pfalz-Mosbach, B. von Regensburg (1457-1465).

⁷⁾ Johann von Tulbeck, B. von Freising (1453-1473).

⁸⁾ Kard. Peter von Schaumberg, B. von Augsburg (1424-1469).

tem suam rev^{mam} nunc ad dictum dominum principem misit, sed dolenter refert, quo ad effectua-
 25 concordiam inter partes predictas propter prefati domini cardinalis singularitatem nichil efficere potuit.
 Deinde stante tali diferencia, p. sua r. ad Romanam curiam secessit et castrum episcopale Brixinense
 evacuat et sine gubernatore debito dimisit⁹⁾, quod tamen pro refugio clericorum et subditorum
 ecclesie ibidem tempore neccessitatis constructum existit. Cogitans et revolvens capitulum ex huiusmodi
 diutina diferencia et absencia prescripti domini cardinalis ecclesie, capitulo et omnibus subditis pericula
 30 maxima imminere, convocatis prelati et aliis subditis etiam nobilibus ecclesie sollempnem ad s^m
 dominum nostrum papam Pium ad Mantuam misit ambasiatam, deinde ad dictum dominum cardinalem
 Romam profecturam¹⁰⁾, que post multam fatigam et expensas non aliud repetat quam causam a sanctis-
 simo domino nostro et eciam domino cardinali prescripto ad dietam Mantuanam suspensam. Qua
 adveniente domino principe ad veniendum illuc personaliter se preparante, capitulum suam accuratam
 35 pro differentia sopiendi prosequens diligenciam duos de confratribus et capitulo eciam cum mandato
 misit Mantuam.¹¹⁾ Unde capitulo propter domini principis presenciam ibidem de concordia spes fuit
 indubia, ad quam procurandam dicti confratres nostri tamquam mediatores possibilem fecerunt diligen-
 ciam. Et quamvis sanctissimus dominus noster, qui mediorum pacis ad inveniendum summus est
 magister, prout in minoribus constitutus in maximis facto demonstravit causis et differentiis, aliique
 40 principes spirituales et temporales pro concordia laborantes saluber(r)ima et equa, uti didici¹²⁾, dedissent
 media, prochdolor non fuerunt conclusa. Et ex qua causa seu cuius culpa, expresse ignorat capitulum.

Sed alia ad Tridentum ad placitandum indicta fuit dieta, ad quam iterum capitulum suam misit ambasiatam,
 que sine fructu similiter fuit reversa.¹³⁾ Quare capitulum et omnes subditi ecclesie in maxima
 steterunt prolixitate, quoniam ex diutina huiusmodi diferencia ruinam ecclesie et subditorum intellexe-
 45 runt imminere.

Post dissolutionem vero diete Mantuane rev^{mus} dominus cardinalis prescriptus econverso ad diocesim
 suam et ad ecclesie fortitium Puchenstain, deinde ad opidum Prawnegk rediit.¹⁴⁾ Capitulum pacem et
 conservacionem ecclesie Brixinensis indesinenter, quantum in eis fuit, procurare cupiens, ex quo nunc p.
 sua rev^{ma} ad loca declinaverat viciniore pensans prefati domini principis potenciam, sub cuius alis ecclesia
 50 constituta¹⁵⁾, cuius eciam advocatus existit, omne studium pro huius diferencia sopiendi adhibuit, nunc
 ad dominum principem, nunc ad dictum dominum cardinalem suam mittendo ambasiatam, ita quod
 concessi et deputati fuerint tractatores pacis.¹⁶⁾ In principio tamen huiusmodi tractatus p. sue rev^{me}
 dictum fuit, eciam capitulum apud eum instetit, quatenus se medio tempore huius tractatus in regimine

⁹⁾ Der vorherige Hauptmann der Brixner Hofburg Bartholomäus von Liechtenstein wurde nach der Flucht des NvK in die Burg Buchenstein im Juli 1457 als Hauptmann von Bruneck eingesetzt; s.o. Nr. 5320. Die Brixner Hofburg blieb unbesetzt.

¹⁰⁾ Die Gesandtschaft, bestehend aus dem Abt von Wilten Ingenuin Mösel, dem Brixner Chorherrn Michael von Natx und dem Brixner Stadtrichter Adolf von Oberweinper, reiste im Mai/Juni 1459 zunächst zu NvK nach Rom, dann zum Papst nach Mantua und dann nochmals nach Rom zu NvK; s.o. Nr. 5915f., 5935, 5944, 5948.

¹¹⁾ Gesandtschaft der Brixner Domherren Stefan Stainhorn und Georg Golser im Oktober/November 1459 nach Mantua; s.o. Nr. 6032-6034.

¹²⁾ Die hier angesprochene persönliche Erfahrung der Friedensbemühungen in Mantua können nur die beiden damals entsandten Domherren Stefan Stainhorn und Georg Golser gemacht haben, die beide auch im November 1460 im Auftrag des Domkapitels nach Salzburg reisten. Sie kommen also grundsätzlich beide als Verfasser von Nr. 6393 in Frage. Da Georg Golser für diese Mission auch die Modifizierungen am Text der Appellation Nr. 6361 (1460 September 21) vornahm und auch der Entwurf für die Ernennungsurkunde des Wolfgang Neidlinger zum Generalvikar von seiner Hand stammt (s.u. Nr. 6408), liegt es nahe anzunehmen, dass Golser auch die Rechtfertigungsschrift Nr. 6393 verfasst hat.

¹³⁾ Zu diesem, an den Formalitäten der Beglaubigung gescheiterten Trienter Tag Mitte Januar 1460 s.o. Nr. 6092. Eine förmliche Gesandtschaft des Brixner Domkapitels gab es damals nicht, weil der Tag gemäß der im Beistandspakt vom Januar 1454 (Nr. 3788) enthaltenen Schlichtungsvereinbarung von jeweils drei Vertretern der herzoglichen und der bischöflichen Seite beschickt wurde. Unter den bischöflichen Schlichtern war jedoch Michael von Natx, der die Interessen des Domkapitels vertrat.

¹⁴⁾ Zur Rückkehr des NvK im Februar 1460 s.o. Nr. 6108.

¹⁵⁾ Vielleicht eine Anspielung auf das herzogliche Wappentier, identisch mit dem des Hochstifts; s.o. Nr. 5372 Anm. 4.

¹⁶⁾ Gemeint sind die Verhandlungen mit dem herzoglichen Gesandten Parsifal von Annenberg in Bruneck im April 1460. S.o. Nr. 6193 Z. 36-47.

spiritualium et temporalium taliter haberet, ne populus huius terre prius incensus de via facti aliquo modo posset suspicari et ex hoc magis contra se incitaret. Quod p. s. facere sponndit. Sed cum dominus rev^{mus} 55 cardinalis clerum, presertim curatos sue diocesis, ad sabbatum, quo in ecclesia dei cantatur „Sicientes“ (29. März 1460), ad dictum opidum convocasset, ab omnibus curam animarum revocavit, nisi quoddam interdictum, quod per felicitis recordationis papam Calistum positum esse debuit, promitterent observaturos.¹⁷⁾ Que tamen bulla¹⁸⁾ ante mortem dicti Calisti non fuit executata, producta vel vigore ipsius aliqua requisicio facta nec a clericis diocesis visa. Ex hoc clerici, presertim curati, nimis fuerunt anxii scientes 60 laicos propter censura(ru)m multiplicacionem absque iudiciali diffinitione attemptatam amplius eas non velle tollerare et etiam dominum principem prefatum Sigismundum a censuris et comminationibus bulle predictae Calisti appellasse et in dieta Mantuana ad prosequendum causam in iure a sanctissimo domino nostro papa Pio secundum fatale obtinuisse¹⁹⁾, sic absque administracione cure animarum non fuerunt ausi ad suas redire plebes, expectan(te)s in hoc remedium et commutacionem.²⁰⁾ 65

Interim tractatores pacis solertes pro differencia sedanda fecerunt labores. Sicque curati usque ad diem Pasce inclusive apud suam permanserunt paternitatem. Sed et p. s. r. crisma et oleum sacrum per eum in die Cene (10. April 1460) consecratum dare denegavit, nisi volentibus servare interdictum prefatum. Etiam p. s. r. castra et fortificia ecclesie ultra solitum victualibus et aliis muniri fecit.²¹⁾ Populus hec omnia considerans, presertim quod sacro tempore suis orbatu fuerunt pastoribus, furor in eis accrevit rumorque 70 talis fere per totam invaluit diocesim. Interim fiebat continue tractatus concordie sollicitudoque maxima per ipsum capitulum et alios, ita quod non restabat plus tractare, nisi super differentia cuiusdam argenti foderine, de qua ecclesia in memoria hominum numquam habuit fructum et in sola spe fructus hodie consistit.²²⁾ Et quia super eadem differencia determinanda rev^{mus} dominus cardinalis tandem medium obtulit annum, princeps vero totum annum²³⁾ in hoc neutra parcium alteri condescendere voluit, quamvis 75 dictus dominus cardinalis ad condescendum tum a tractatoribus, tum a subditis ecclesie spiritualibus et temporalibus, mulieribus etiam flentibus, multipliciter et instantissime interpellaretur, sed potius mori elegit.

Audiens capitulum concordiam pro tam levi causa non habuisse progressum, valde attonitum fuit, quoniam exinde ecclesie ultimam ruinam, capitulo et omnibus subditis exicium maximum propinquum 80 sensit. Misit in sabbato sancto Pasche (12. April 1460) ad dictum dominum cardinalem summum prepositum, custodem et duos canonicos²⁴⁾ suam p. r. attentius nomine capituli exhortantes, ne ecclesiam Brixinensem omnesque subditos spirituales et temporales pro tam levi causa tantis exponeret periculis, que etiam in promptum essent, attenta dicti domini principis potencia, cui subditi ecclesie resistere non possent, sed quicquid absque lesione notabili ecclesie fieri posset, acceptaret. Sed quia populus huius 85 terre hoc sacratissimo tempore suorum curatorum absenciam indignissime ferens, furore <a>scendens, se

61 absque – attemptatam: a.R. korr. statt et abusum.

¹⁷⁾ Zu dieser Versammlung s.o. Nr. 6122 Z. 3, wo sie für den 30. März 1460 angesetzt und als Synode deklariert wird. Das Datum 29. März findet sich auch im Bericht des Giovanni Andrea Bussi; s.o. Nr. 6193 Z. 19-21. Zur Begründung der Maßnahmen von Seiten des NvK s.o. Nr. 6141.

¹⁸⁾ S.o. Nr. 5397 (1457 November 12). Zur Argumentation s.o. Nr. 6361 Z. 22-27.

¹⁹⁾ D.h. eine neue Frist zur Verfolgung der Appellation; s.o. Nr. 6084 (1460 Januar 1).

²⁰⁾ Vgl. Nr. 6122 Z. 7-9.

²¹⁾ Der Vorwurf einer unverhältnismäßigen Aufrüstung der Burgen wurde von herzoglicher Seite ab dem September 1460 mehrfach erhoben; s.o. Nr. 6342 Z. 25. Er passt kaum zu den herzoglichen Klagen über eine mangelnde Wehrbereitschaft der Hochstiftsburgen, die Ende 1459 und auch wieder zuletzt im Oktober 1460 dokumentiert sind; s.o. Nr. 6076, 6378 Anm. 3. Auch die Raitbucheinträge der bischöflichen Verwaltung lassen keine außerordentliche Rüstung erkennen. Vgl. Nr. 6265 Anm. 11.

²²⁾ Zum Streit um die Schürfrechte in Garnstein s.o. Nr. 6134. Es ging um neu entdeckte Silberlagerstätten.

²³⁾ Die herzogliche Seite hatte darauf bestanden, den Konflikt um Garnstein mindestens ein Jahr ruhen zu lassen, NvK wollte sich jedoch zunächst nur auf einen sechsmonatigen Aufschub einlassen; vgl. oben Nr. 6291 Z. 75-77.

²⁴⁾ Dompropst Jakob Lotter, Domkustos Christian von Freiberg, Michael von Natx und Wolfgang Neidlinger. Zu dieser Gesandtschaft s.o. Nr. 6161 (1460 April 12).

diutius continere non voluit, dictum opidum Prawnegk ipso die Pasche obsedit et sequenti die (14. April 1460) in suam redegit potestatem.²⁵⁾

Cum autem tantus furor excrevisset, quod ipsum capitulum nedum ecclesie et subditorum enervacionem, sed etiam de persona dicti domini cardinalis, qui ad castrum ibidem confugerat, formidaret, suum pontificem in tantis periculis constitutum deserere noluit. Modos alios de consensu et voluntate dicti rev^{mi} domini cardinalis, quamvis cum dispendio ecclesie et capituli invocato adiutorio suorum consanguineorum amicorum et fautorum tractavit, longe tamen meliores pro ipso domino cardinali et ecclesiam quam p. s. rev^{ma} obtulit. Et ut impetus furoris populi aliquantulum mitigaretur, ante omnia consuluit, ut
95 curatos cum exercicio cure animarum ad suas plebes redire permetteret ac crisma sanctumque oleum more consueto daret. Quo facto missi a capitulo demum dominum principem in opido Sterczingen accesserunt pro concordia laborantes.²⁶⁾ Et quia dominus princeps ex eo, ut asseruit, quod dominus cardinalis advocatum alium quesivisset gentemque sue terre inimicam invocasset, de dicto domino cardinali diffidenciam haberet.²⁷⁾

100 Propterea inter alia de consensu et voluntate prefati domini cardinalis ut maiora mala effugeret, tractatum fuit, quod castra et civitates sew opida in manibus capituli tamquam custodum ponerentur.²⁸⁾ Et de fructibus et obventionibus ad mensam episcopalem pertinentibus non plus, nisi quantum pro custodia et conservacione ipsorum more solito indigeret, reciperet. Et quia tot gentes arces suas dissolvere noluerunt, nisi domino principi de dampnis et expensis satisfactum esset, magnam postulante
105 peccuniarum summam aut subditos ecclesie invadere et dictum dominum cardinalem in suam potestatem redigere vellent, ad quod multum fuerunt precipites, ad preveniendum tantum malum iterum de consensu et voluntate dicti domini cardinalis capitulum se pro eo quatuor milibus florenorum fideiussorem constituit pacemque et concordiam suis litteris et sigillis, quamvis cum amaritudine cordis roboravit, quia alius pro tunc non fuit datus modus faciendi.²⁹⁾ Spes tamen fuit capitulo, ex benignitate et benivolencia dominum cardinalem pro se et ecclesia ex tempore meliora pacta obtinere et e converso uti prius restitui.

Sed p. s. r. tunc in libertate constituta, paucis transactis diebus de loco recessit, dominum nostrum sanctissimum papam accedendo ecclesiam suam sine vicegerentibus in spiritualibus et temporalibus deserens, quamvisque hiis ponendis a capitulo solicitem, sed solummodo fructu(u)m et censuum
115 suorum officiales et perceptores suos deputavit.³⁰⁾ Quanta dispendia, scandala ecclesie et animabus devotis pericula ex hoc dietim eveniunt, quibus sane mentis intelligere potest, unde capitulum novum intravit pelagus. Et nisi iuramentum, quo canonici venerabili(s) et vetustissime ecclesie Brixinensis multipliciter astricti sunt pactaque per capitulum sigillata eos coartassent, nullus propter immensas turbaciones et fatigaciones in loco residentie permansisset³¹⁾, sed capitulum confisum in domino, qui in
120 se sperantes non deserit, onus pro ecclesie conservacione continuavit.

Misit ad prelibatum dominum cardinalem oratorem, et etiam scripsit supplicans, quatenus vicegerentes et vicarium sibi desponsate preficeret ecclesie, non eam ita deserens.³²⁾ Cum autem orator ipse a sua p. rev^{ma} nichil obtinere potuisset, sanctissimum dominum nostrum Pium pro vicario ecclesie Brixinensis preficiendo solicitavit. Sed sine fine concupito recessit. Unum tamen etiam ex commissione capituli

119 permansisset: *a.R.* hoc contra absenciam. 122 desponsate: *em.* desponsati.

²⁵⁾ Vgl. oben Nr. 6193 Z. 53-66.

²⁶⁾ Die Domherren Wolfgang Neidlinger und Christian von Freiberg sowie der Brixner Stadtrichter Adolf von Oberweinper ritten dem bereits heranrückenden Hz. Sigismund nach Sterzing entgegen; s.o. Nr. 6165 Z. 11-18.

²⁷⁾ Vgl. den herzoglichen Absagebrief Nr. 6157 vom 12. April 1460.

²⁸⁾ Vgl. die Brunecker Verträge Nr. 6169, 6175, 6180-6191 vom 18.-24. April 1460.

²⁹⁾ S. die Schuldvereinbarung Nr. 6169, 6187, 6194.

³⁰⁾ NvK versprach bei seiner Abreise, die Bestellung von Stellvertretern von Bologna aus nachzubolen, und setzte zwischenzeitlich weltliche Stellvertreter ein; s.o. Nr. 6201f., 6215. Der zunächst in Bruneck zurückgelassene Simon von Wehlen sollte die Einnahmen des Hochstifts sammeln; s.o. Nr. 6299, 6320.

³¹⁾ Das Kapitel kontert hier den Vorwurf, man hätte sich auch durch Flucht dem Zwang zum Ungehorsam entziehen können; vgl. oben Nr. 6362 Z. 16-22.

³²⁾ Die Mission des Leonhard von Natx im Juni 1460; s.o. Nr. 6225f., 6237.

adiunxit, si quid sinistri sanctitati sue de capitulo Brixinensi suggeretur, quatenus sanctitas sua credencie 125
fidem non adhiberet, sed capitulum benigne audiret, quod sanctitas sua factura annuit.³³⁾

Statque sic venerabilis ecclesia Brixinensis et stetit a festo Pasce usque huc sine pastore regente per se
vel alium curam in spiritualibus et temporalibus. Quot errores, pericula et scandala dietim exinde
eveniunt, paternitates vestre, que consimilem habent curam, lacius, quam scribere possumus, intelligunt.

Interea cum capitulum tempore labente speraret per divinam providenciam predicta in statum 130
meliorem componi, materia differenciarum alias sopita in magnam excrevit turbacionem; et subditi
ecclesie tamquam sine rectore errantes et eciam prelibatus dominus princeps uti advocatus ecclesie
capitulum multipliciter interpellarunt, ut castrum residencie episcopalis Brixinensis destitutum in suis
manibus conservaret, ne hiis temporibus aliquid adversitatis domino principi in habitatoribus et ecclesie
exinde emergeret ac subditis de locumtenente provideret, ne derelicti ad alienas confugerent potestates. 135
Et si capitulum in eo negligens esset, princeps uti advocatus providere vellet. Convocatis igitur subditis
ecclesie deliberarunt hec pericula prevenire et pro bono statu ecclesie et conservacione subditorum unum
ex canonicis et capitulo et unum ex laicis ad dictum castrum episcopale ponere, ad quos subditi ecclesie
pro suis neccessitatibus refugium habere possent, prout hec ipso domino cardinali litteris suis insinua-
runt³⁴⁾, cuius copiam dominacionibus vestris transmittit per presentem nuntium. 140

Cum autem capitulum difficulter huiusmodi onus subiret et aliquantulum canonicum ponere differret,
dominus princeps quendam nobilem ad habitandum dictum castrum prefecit et capitulo per suas litteras
significavit.³⁵⁾ Ne autem iura ecclesie demolirentur aut ad manus alienas devenirent, capitulum, prout
communi consensu subditorum ecclesie conclusum fuit, unum ex canonicis deputavit, qui adiuncto sibi
laico castrum predictum gubernant subditisque presunt.³⁶⁾ Hec sunt per ipsum capitulum tamquam 145
immediata membra episcopi pro ecclesie Brixinensis conservacione, uti obligamur, acta et gesta seque
pro illorum temporum et causarum condicione non dominum ecclesie, sed conservatorem arbitrans,
sperans ex huiusmodi solerti vigilancia et labore a deo omnipotenti sanctisque patronis ecclesie retribu-
cionem a sanctissimo domino nostro papa et reverendissimis dominis cardinalibus gratiam et ab universis
hanc rem sane pensantibus commendacionem reportare. 150

Sed quid diverso, incerto tamen rumore – vestras rogamus paternitates et dominaciones, attente
percipite! – capitulo innotuit sanctissimum dominum nostrum dominum Pium papam dicto capitulo, uti
sollicitavit, minime vocato vel audito, diversos processus horribiles penas continentes contra dictum
capitulum et ecclesiam personasque singulares decrevisse, de cuius tamen contrariis capitulum sperat.³⁷⁾
Quod si ita esset, sanctitas sua ex mala informacione et falsa suggestione utique fecisset. Et si dictus 155
rev^{mus} dominus cardinalis, episcopus Brixinensis, impedire potuit et non fecit, inhumanissime egit et
absque dubio ulcionem divinam non evadet. Liberavit capitulum p. suam rev^{mam} de manibus inimicorum
suorum et fecit pro ipsius sedisque apostolice sacroque cetu reverendissimorum dominorum cardina-
lium, quicquid viribus et rebus potuit cum dispendio capituli et ecclesie constituitque se pro p. s. fideius-
sorem multaque bona p. sue propter sui status excellenciam impendit, quamvis a die introitus sui multa 160
incomoda, expensas et tribulaciones propter acta, gesta et censuras suas sustinuisset et nunc hodie fortius
propter pacta et obligaciones premissas sustinet.

Quamvis p. sua rev^{ma} dicat se ab huiusmodi pactis absolutum sanctissimum dominum nostrum Pium
omnia in statum pristinum, uti erant ipso die Pasce, posuisse³⁸⁾, capitulum tamen corpore et rebus pacta
litteris et sigillis suis roborata cogitur observare et arcius quam si p. sua huiusmodi absolucionem non 165
obtinuisset. Est namque capitulum hiis diebus pro solucione dictorum florenorum requisitum cogiturque

126 factura: *em.* facturam. 129 que: *em.* qui. 133 castrum: *em.* castra. 146 ecclesie: *em.* ecclesia.
164 pacta: *em.* pactam.

³³⁾ Eigentlich hatte das Kapitel das Schweigen Pius' II. in dieser Hinsicht gedeutet; s.o. Nr. 6237 Z. 21-23.

³⁴⁾ S.o. Nr. 6362 (1460 September 24).

³⁵⁾ Hg. Sigismund wollte Oswald von Wolkenstein als Hauptmann zu Brixen installieren; s.o. Nr. 6256 Z. 8-10.

³⁶⁾ Nämlich Wolfgang Neidlinger und Adolf von Oberweinper; s.o. Nr. 6363.

³⁷⁾ Die Bulle vom 15. August 1460 (Nr. 6293) war dem Kapitel mehrfach zugesandt worden; s.o. Nr. 6330, 6355.

³⁸⁾ S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).

- bona et predia capituli propterea vendere et inponere pactaque illesa custodire.³⁹⁾ Et si contrarium de capitulo conneretur aut quod interdictum observaret seu alia contra pacta prelibata allegaret, capitulo locus in hac non esset patria ecclesiae et pauperes clerici presertim decano nostro subiecti innocentissime essent destructi. Et posset de bonis clericorum hic fieri, quemadmodum in Bohemia actum est.⁴⁰⁾
- 170 Quis in futurum pro ecclesia et suo pontifice se tanto vellet exponere ancipiti. Nam si egerit capitulum iuxta voluntatem dicti domini cardinalis, capitulum in eo, quo p. sua fuit, de quo eum eripuit, et maiori est periculo. Si non egerit, tunc capitulum debet infinitis penis et malis involvi. Satis est capitulum pro sua p. rev^{ma} tribulatum et involutum. Non est necesse amplius innodari.
- 175 Fuit namque, prout hodie est, semper zelator sedis apostolice et se obedientissimum exhibuit temporum et causarum condicione inspecta. Nec capitulum presumit vel credit, dummodo sanctissimus dominus noster de benefactis et gestis capituli meritisque cause sane et veridice informatus fuerit, capitulum ipsum et ecclesiam aliquibus turbari penis seu exponi periculis. Ex quo fecit pro honore sedis apostolice et dicti domini cardinalis plus quam debuit, prout, dum et quando audienciam habuerit, hec et
- 180 alia clarius edocebit.
- Quare dictum capitulum intellectis quibusdam comminationibus apud sanctissimum dominum nostrum factis, pro vitandis maximis dispendiis et scandalis ex huiusmodi processibus capitulo et ecclesie eventuris ac, ut sanctitas sua de meritis cause et ipsius domini cardinalis liberatione et ecclesie conservacione sollicitius per capitulum habitis verius et melius informetur, de sua sanctitate mala informata melius
- 185 et verius informanda successive duas interposuit appellaciones⁴¹⁾, quarum tenores dignentur p. v. r. graciose et benigne audire ipsique capitulo tanquam indebite oppresso compati et consulere et domino nostro sanctissimo sacroque cetui rev^{morum} dominorum cardinalium et prenominato domino rev^{mo} cardinali, episcopo Brixinensi, scribere velint, ut venerabili ecclesie Brixinensi, quam dictus rev^{mus} d. cardinalis bene plantatam populumque obedientem repperit, melius et salubrius provideat, ne amplius
- 190 corruat heresesque pullulare et infinita scandala incipiant.
- Rigor enim et abusus censurarum totum illud effecit malum, quare per rigorem et censuris non possunt recuperari. Et si quid contra dictum capitulum et singulares personas ecclesiam, quantum in eis est, cum tantis fatigacionibus et angustiis conservantes attemptatum esset, tollatur, ne afflictio addatur afflictis. Sperat namque ipsum capitulum, quando graciosam habuerit audicionem, sanctissimum
- 195 dominum nostrum papam de huiusmodi gestis et actis veridice informare et exinde a sanctitate reportare commendacionem et gratiam.
- Dudum capitulum denuo ad sanctitatem suam misisset ambasiatam vel scripta, sed ex relatione primi oratoris⁴²⁾ nostri intelleximus capitulum apud sanctitatem suam iniuriosissime et inique delatum. Unde non iudicavimus expeditivum.
- 200 Humiliter et devote vestras paternitates et dominaciones rogantes, quatenus, si quid mali vel sinistri vestris paternitatibus et dominacionibus de capitulo suggeretur, non credant, sed rem gestam esse, uti prenotatum est, quibus se dictum capitulum iterum atque iterum recommendat.

172 fuit – eripuit: a.R. eingefügt. 174 rev^{ma}: em. rev^{nam}.

³⁹⁾ Die Forderung über 2000 fl. war am 11. November 1460 fällig. Das Kapitel forderte Simon von Wehlen, der mit den Hochstiftseinnahmen das Land verlassen hatte, zuletzt am 22. Oktober 1460 zur Zahlung auf, was dieser umgehend ablehnte; s.o. Nr. 6374, 6378. Am 23. November 1460 vermerkt der herzogliche Kammermeister den Zahlungseingang von 2000 fl. vom Kapitel; s. INNSBRUCK, TL4, Oberöstr. Kammerraitung, Bd. 1 f. 26^v. Gleichzeitig forderte der bereits 1457 als Burghauptmann von Bruneck abgesetzte Leonhard von Velseck vom Kapitel nach wie vor seinen Jahressold in Höhe von 60 Dukaten; Or.: BOZEN, StA, Miscellanea IIIb Nr. 41 (1460 November 19, Lana); Kopie (J. Resch, 18. Jh.): BRIKEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 297.

⁴⁰⁾ Zu diesem Argument s.o. Nr. 6362.

⁴¹⁾ S.o. Nr. 6273 (1460 August 2) und 6361 (1460 September 21).

⁴²⁾ Leonard von Natzi; s.o. Nr. 6225f., 6237.